gotii tutela mandata est. Si nihil igitur (ut allegas) præter negotium gessisti, fruftra conveniris. PP. Kal. April. VALERIANO & LUCIANO CONSS. 266.

Si curator ad litem expendit aliquid pro utilitate pupilli, debet illud recuperare. Bald.

4. Idem A. Irenæo.

AD litem datus tutor, si quid bona fide erogasti [1], a contutoribus [2], more solito exigere potes. PP. Kal. Novemb. PATERNO & ARCESILAO CONSS. 263.

Ubi tutor testamentarius vel legitimus est cum pupillo litigaturus, debet ei de curatore ad litem facere provideri. Salic.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Tigrani.

Sive ex testamento, sive [ex] jure legitimo, fratris [3] tui filiorum tutelæ onus ad te perveniat: vereri non debes de his quæstionibus quas adversus fratrem tuum quondam tibi fuisse dicis: cum si [4] qua emerserit lis, procuratore dato, & illis curatore ad litem constituto, & solennitati [5] juris (ubi tutor exigitur) & indemnitati utriusque prospici possit. Script. 4. Kal. Maji, CC. CONSS. 293.

TIT. XLV.

DE EO QUI PRO [6] TUTORE NEGOTIA GESSIT.

Mulier quæ tutrix esse non potest, si se gerat ut tutrix, actione pro tutelæ tenetur.

1. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Marcello.

ETiam mulieres [7] si res pupillares pro tutore administraverint, ad præstandam rationem tenentur. PP. ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

Exceptio tutoris illegitimi potest opponi in quacunque parte judicii.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Marco.

NOn utiliter [8] nominatus tutor pupillorum nomine agendo, licet ex eorum persona injunctas impleat intentiones, exceptione [9] (si tutor non est) summovetur. Dat. Non. Decembr. CC. CONSS.

TIT. XLVI.

SI MATER [10] INDEMNITATEM PROMISIT.

Licet mater petierit tutorem dari filio ejus periculo, non propterea tenetur ex illo facto, nisi hoc expressum fuerit judicis decreto. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Brutiæ.

SUo potius periculo Magistratus tutores, quos petisti, dederunt, quam tu contra sexus conditionem alicui ex ea obligatione [11] obstricta es, quod tuo periculo tutores filiis tuis dari postulasti. PP. 3. Idib. Mart. MAXIMO II. [12] & URBANO CONSS. 235

Tutor matri pupilli vel avo administrationem committens, ab eis indemnitatis promissionem recipiens, officio functo convenitur: & ipse ab eis conservabitur indemnis. Salic.

2. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Asclepiadi & Menandro.

QUædam pupillorum vestrorum a matre, itemque avo materno administrata, eorumque nomine indemnitatem vobis promissam asseveratis: Quæ si ita sunt, & iidem pupilli legitimæ ætatis effecti, non adversus matrem fuam, neque avum, sed contra vos congredi malunt [13]: non immerito indemnitatem ab his præstari desiderabitis, quos & administrationem fuo periculo pridem fuscepisse proponitis. PP. 4. Idus Julii, PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Cajano.

OB tutorem non idoneum a matre petitum, fruftra vobis eam teneri contenditis, cum non nisi [14] specialiter ejus periculo dari decreto fuerit comprehensum, ex ea obligatione obstricta fit. S. Kal. Dec. AA. CONSS.

1 Curator in litem sumptus repetit. 2 *l. 3. §. de contr. jud. l. 30. ff. de negot.* 3 *l. 2. supr. h. t.* 4 *d. l. 2. l. 3. §. 2. ff. de tutelis. §. 3. Inst. de aut. tut.* 5 Curator ad litem pupillis, & minoribus conflituendus est, tutore vel curatore adversus eos litigante. Dandus, inquam, curator ad litem R. sure ordinario. *l. 19. ff. de auct. præstand. l. 17. §. 1. ff. de appellat.* Jus enim legitimum non vult tutorem, nec simplicem curatorem. Ulpian. 11. §. 24. vide Cujac. 17. *observ.* 7.

6 *Lib. 27. D. §.* 7 *Nov. 118. c. 1.* quidam hanc vocem referunt ad mulieres tutelæ exercendæ capaces: ut ea ratione negent non capaces tutelæ, & feminas teneri pro tutelæ. *l. cum a matribus, §. fugr. qui petant tutores.* verius est tamen omnem qui res pupillares gerit pro tutore, rationibus reddendis obnoxium esse. Tacita hypotheca num eorum in bona competit? vide Gloss. *in l. pro officio. 20. supr. de admin. tut. l. desimatque. 19. §. 1. ff. de reb. auctor. judicis possid.* 8 Puta a matre. *l. 47. §. 3. ff. de admin. & peric. tut.* 9 Excepto tutoris illegitimi potest opponi in quacunque parte judicii, licet exceptio falsi procuratoris. adde *l. Dantes. 221. ff. de verb. sign.*

10 Paul. 2. *sentent.* 11 *§. 2. l. 6. §. 4. fugr. & l. 8. §. 1. ff. ad SC. Velleian.* 11 Mater si suo periculo tutores filiis suis dari postulet, sciendum, eius interventio infirmare Senatusconsulto Velleiano. *l. 6. §. 1. 3. ad SC. Velleian.* nisi specialiter decreto comprehensum sit, Periculo matris, quæ tutorem petit, tutorem dari. *l. ult. §. h. t.* Aliud futurum est, si, ut reipsa tutelam filiorum administraret, tutoribus filiorum reprimi. lit. *d. l. 6. in princ.* 12 Maximo III. *Haloander.* & rede. 13 Meus tutor matri meæ, & vos meo materno rerum mearum administrationem permisit, exacta ab eis cautione indemnitatis. Quid dicendum? Eli in arbitrio meo agere adversus tutorem, pro & adversus matrem? sic sane: non tamen ex stipulatu tutoris. *l. 9. §. arbit. tut.* Qua igitur actione? negotiorum gestorum actione. *l. 24. §. de usuris.* & ita Paulus intelligendus est. 2 *finit. l. 1. §. 2.* 14 Dixiad *l. 1. supr. h. t.*

15 Quemadmodum judex tutorem confirmare folet, quem mater liberis hereditosis instituit ucleret. *l. 4. supr. de tefi.am. tut.* item reprobare folet quem mater reprobavit. *ut hic.* cui convenit *lex 21. §. 2. ff. de tutor. dat.* 16 Tutor liberis contra matris ultimam voluntatem dari non debet. 17 Quid si vivens ac fuperstes mater tutorem aliquem liberis petit? Eum qui petitus ita fuerit a matre, aliere adversus tutorem, puta B. Ilus. magnam enim est præsumptionem pro matre: cui fuperstiti ac sanæ merito id permittendum videtur, quod in extremis positæ aut testamento suo facere concedit: ut nullum fit discrimen, an matter tutorem liberis testamento suo preferit, an vero fuperstes, vel alio actu quam testamentario. 18 Fraudis in tutela convictus, notatur. *l. 1. vers. Qui pro. ff. de his qui notant. l. 2. supr. de tut. vel curat. qui non satisd. l. ult. supr. de suspect.* 19 Suscuul, ut ne temeatur fraudis admisse: nam tamen removentur citra infamiam, fraudis tamen admisse teneri merito debet. Removetur, ut non liberatur.

20 *l. 5. §. 6. ff. de admin. & peric. tut.* 21 Causa dubitandi hæc esse potest. Tutela pubertate finitur, ideoque post pubertatem cuntæ adesse tutor non cogitur. 22 Causa decidendi hæc est, etiamsi tutela pubertate finitur, periculum tamen administrationis non ante finitur, quam si rationes a tutore reddite sint. Nondum ratione reddidisse intelligitur, qui litis inframenta retinet. 23 Tutor omnem rationem arcatori non restituit, qui litis suo cautilio coepte instrumenta nondum transtulit. *lacit d. §. 6.*

24 *L. 27. D. 2.* 25 Pupilli dicuntur qui patre orbati. ut hic titulus ostendit, a titulo, *Divertio facto apud quem liberi morari & educari debeant.* Est enim titulus illis liberis patrem habentibus. 26 Educatio proprium perlonam ipsius pupilli significat, qua voce victus, vestiarium, habitatio. *l. ult. ff. de alimenr. vel cib.* institutio morum & liberalium artium continetur. *l. 2. §. de alimentis.* est enim ingenii quoque educatio. *Item. ff. de adopt. Educatio dicitur quoque educatio ingenium.* 27 *Novell. 22. c. 38.* Nam ut Menander ait: ἔχει δὲ πάντῃ διάφορον μᾶλλον πατρὸς, ἢ μὴ γὰρ αὐτὸ εἶδε γένος τὸ σῶτρας. *Goth.* Vide tamen *l. 32. ff. de adopt. l. ult. §. de contr. jud. tut. l. 1. supr. de negot. gest. Anf.* 28 Id est, si fecundas non contrahit nuptias. *Nov. 22. cap. 38.* ut hinc conflet, nuptiis fecundis matres liberorum apud le educationem jure amittere. Cui & hoc rede additur, legatum matri relictum quamdiu cum filiis liberis matrem ipfam nubendo amittere. *l. fed si hoc. 62. in fin. ff. de cond. & demonstr.* tamen vitrico privigni educatio & tutela permitti potest. *l. ult. §. de contr. jud. tut. l. 32. in fin. ff. de adopt.* in Cajus Octavius apud vitricum educatorem eum, qui pupilli fuscepisset. *Dion.* De educatione Bartolo, Baldo & Speculatori & Wurmsero non convenit. vide Wurml. *l. prud. 30. cap. 4.* Cujacius 6. *observ.* 29. contra putat rede argumentum a tutela ad educationem ductum. *l. 1. §. ult. tit. exemptis tutoris ff. ubi pupilli.* ut non e contra. Nam jure antiquo matri tutela filii non permittebatur, nisi a Principe eam impetrasset: educatio vero concessa quis putat quis consequitur a tutore vel curatore, ob inconsultam hereditatis paternæ abstentionem, non videtur consequutus nomine hereditario, ideoque convenit a creditoribus paternis non poterit. Baldus: *Quod sitius*, inquit, *quæris ex contractu, vel quasi, non curat facit heredem patris. Filius transiens de patre nec, non propterea fit emancipat.*

29 Cur aulla competit? An hoc ideo quod qux filius patre mortuo, proprio contractu vel quali adquirit, ea filium heredem patris non efficiunt: quo jure exiltimant cum qui de patris morte eum adversariis transgerit, pro herede non gerere: pacem denique sic enim nostri loquuntur) de morte patris facere non esse actum hereditarium. Bart Ang. *l. si filius qui patri. 12. ff. de vulgar.* 30 Id est, si fecundas non contrahit nuptias. Non ita *Nov. 22. cap. 38.* ut hinc conflet, nuptiis fecundis matres liberorum apud le educationem jure amittere. Cui & hoc rede additur, legatum matri relictum quamdiu cum filiis liberis matrem ipfam nubendo amittere. *l. fed si hoc. 62. in fin. ff. de cond. & demonstr.* tamen vitrico privigni educatio & tutela permitti potest. *l. ult. §. de contr. jud. tut. l. 32. in fin. ff. de adopt.* in Cajus Octavius apud vitricum educatorem eum, qui pupilli fuscepisset. *Dion.* De educatione Bartolo, Baldo & Speculatori & Wurmsero non convenit. vide Wurml. *l. prud. 30. cap. 4.* Cujacius 6. *observ.* 29. contra putat rede argumentum a tutela ad educationem ductum. *l. 1. §. ult. tit. exemptis tutoris ff. ubi pupilli.* ut non e contra. Nam jure antiquo matri tutela filii non permittebatur, nisi a Principe eam impetrasset: educatio vero concessa quis putat quis consequitur a tutore vel curatore, ob inconsultam hereditatis paternæ abstentionem, non videtur consequutus nomine hereditario, ideoque convenit a creditoribus paternis non poterit. Baldus: *Quod sitius*, inquit, *quæris ex contractu, vel quasi, non curat facit heredem patris. Filius transiens de patre nec, non propterea fit emancipat.*

31 Arbitrarium est decernere, apud quem filius educareatur: quod tamen cafu cognitionis, ut loquuntur, cfiandis, fieri debet. *l. pen. ff. h. t.* vide Menochium 2. *de arbitrar. jud. 165.* 32 Judex non decernit temere educatorem eum, qui pupilli fuscepisse perat. *l. 1. §. 1. in fin. ff. h. t.* licet eadem ratione ad eum redierit tutela legitima.

33 Huc referenda est pars poltrema epigraphes tituli, *ubi pupillus educari vel morari debeat: de alimentis ei prestandis.* 34 *l. 5. ff. h. t. §. 9. Inst. de fuscept. l. 3. §. 14. ff. de fuscepiis.* 35 Alimenta pupillo decernuntur, etiamli de bona bonisque patris fint ei controversia. 36 *l. 3. in prine. §. 1. ff. h. t.* 37 Et ita fine decreti. *l. 3. supr. de administ. tut.* fuo

fuo aluit pupillos (quod interdum etiam necesse est fieri [1], ne secreta [2] patrimonii & suspectum æs alienum [pandatur]: quod melius est interim taceri, quam cum de modo bonorum quæritur, ultro proferri, & apud acta jus dicentis contra utilitatem pupillorum debitratur merito ad exhibitionem educationis, ministeria, studiaque erogata esse. Nec ferendus est juvenis, qui cum præsens esset, studiosque eruditus atque alitus esset: si [4] ea per alium se consecutum non probet, sumptus recusset quasi vento [5] vixerit, aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit. PP. Non. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

TIT. LI.

ARBITRIUM [6] TUTELÆ.

De verbis testatoris.

1. Imp. ANTONINUS A. Leoni.

CUm tutelæ administratæ ratio a te peti cœperit: neque veritati [7], neque justis probationibus officit, quod (ut [8] dicis) testator modum [9] patrimonii sui verbis testamenti ampliavit [10], vel minuit. PP. 5. Kal. Octob. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De nominibus.

2. Idem A. Præsentino.

NOmina [11] paternorum [12] debitorum si idonea fuerint initio susceptæ tutelæ, & per latam culpam tutoris minus idonea tempore tutelæ esse cœperunt, judex qui super ea re datus fuerit, dispiciet: & si palam dolo tutoris, vel manifesta [13] negligentia [14] cessatum est, tutelæ judicio damnum quod ex cessatione accidisset, pupillo præstandum esse, statuere curabit. PP. Non. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De re empta a curatore ex pecunia minoris.

3. Idem A. Vitalio.

SI curator [15] post decretum Præsidis, sublata [16] pecunia quæ ad comparationem possessionis fuerat depolita, sibi prædium comparavit: elige [17], utrum malis in emptione negotium tibi cum gessisse, an quia in usus suos pecuniæ conversæ sunt, legitimas [18] usuras ab eo accipere: secundum quæ Judex tutelæ judicio redditus, partem religionis implebit. PP. 3. Kal. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De eo qui bonis paternis abstentus est.

4. Imp. ALEXAND. A. Aglao.

EUm, qui bonis paternis secundum Edicti formam abstentus [19] est, hereditariis actionibus conveniri nulla ratio suadet. Nec [20] ad rem facit, quod adversus curatores vel tutores, si non consulte abstentus sit, actio ei competat: Nihil quippe in ea [actione], quæ ex officio gesta sunt vel geri debebunt, veniet: sed culpa [21] summodo, quantique [22] interfuit ejus non fuisse abstentum, æstimabitur. Cui consequens [23] est, ut si propter eam causam transegisti [24] cum tutoribus vel curatoribus, nulla adversus te creditoribus patris tui petitio competat [25]. PP. 3. Kal. Maji, ALEXANDRO A. CONS. 223.

Ut ad eundem Judicem eatur.

5. Imp. GORDIANUS A. Victorino.

OMnes tutores, seu heredes eorum qui administraverunt tutelam, ad eundem [26] judicem ire debere, jampridem constitutum est [26]. Cum igitur patrem tuum cum alio tutelam administrasse alleges: Præses provinciæ eundem Judicem adversus te atque heredes contutorum patris tui dare debebit, quatenus quisque condemnari debeat, examinaturum. PP. 10. Kal. Auguft. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Si minor contractum approbat.

6. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Cunoni & aliis.

CUm interdictæ [27] venditionis vitium, etiam pretii fraude tutor vester cumulasse [28] proponatur: non dubitabit Præses provinciæ, quando venditionem [29] confirmare [30] voluistis [31], residuum pretium cum usuris venditæ a [32] tutore possessionis celeriter vobis restitui jubere. Quod autem petitis ab heredibus ejus qui venidit, pretium vobis exolvi, superfluo [33] a nobis desideratis: quia nec Præsidis experientiam postit [hoc] latere, tutores qui gesserunt, sive eorum heredes ob ea negotia quæ per eos administrata sunt, principali [34] loco conveniri debere: cæteris [35] ob culpæ rationem non servati detrimenti periculo subtitutis: vel si pariter [36] administrasse doceantur, etiam adversus unum, liberum experiundi arbitrium competere: ita ut actiones quas adversus alios habeas, ad electum transferantur. PP. 4. Kal. Septemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De dolo & culpa tutoris.

7. Iidem AA. & CC. Alexandro.

QUicquid [37] tutoris dolo vel lata [38] culpa [39], aut levi, seu curatoris, minores amiserint [40], vel [41], cum possent, non [42] adquisierint: hoc in tutelæ seu negotiorum gestorum utile judicium venire non est incerti juris. S. Prid. Id. April. AA. CONSS.

De longi temporis præscriptione.

8. Iidem AA. & CC. Dalmatio.

TUtores tutelæ conveniri, longi temporis præscriptio [43] non prohibet: Unde si his transactione, vel novatione [44] aut acceptilatione liberationem non præstitisti: apud Rectorem provinciæ, quæcunque tibi debentur, repetere non prohiberis. S. 14. Kal. Maji, AA. CONSS.

Utrum tutor, an heres promittentis indemnitatem, conveniri debeant.

9. Iidem AA. & CC. Juliano.

TUtorem quondam, ut tam rationem, quam si quid reliquorum [45] nomine debet, reddat, apud Prætorem convenire potes: quamvis enim matrem tuam fuscepti bonis vestris *indemnitatem* [46] *pro hac administratione tutori se præstiturum promisisse* proponatur: tamen adversus tutorem tibi tutelæ, non [47] adversus matris successores ex stipulatu competit actio. S. Prid. Kal. Januar. AA. CONSS.

Qua actione tutor, vel ejus heredes conveniri debeant.

10. Iidem AA. & CC. Pomponio.

SI defunctus tutelam vestram administraverit: non rerum ejus dominium [48] vindicare, vel tenere potes: sed tutelæ contra ejus successores tibi competit actio. † Debitum autem aliis indiciis comprobari oportet: nam quod [49] neque ipse, neque uxor ejus quicquam ante adtutores, *ut hic. & l. 8. §. 1. in fin. ff. de edend. l. 2. ff. de quib. rebus ad eundem.* quemadmodum il inter plures agitur familiæ ercifcunde, communi dividundo, finium regundorum. *l. 1. ff. de quib. rebus ad eundem.* fi plures correi eiusdem pecuniæ. *Nov. 96. cap. 2.* tiones. dixi ad *l. 1. §. rer. annot.* & breviter ad eundem judicem remittendi sunt, qui vel eodem jure, vel ratione ejusdem officii teneuntur. 26 Ne cuufe continuenia dividatur. *l. 1. 2. ff. de quib. reb. ad eundem.* 27 *l. 1. ff. de reb. cor.* 28 Tutor fraudem fraude cumulat, qui non tantum prædia pupilli fine decreto distrahit, sed etiam hujusque ac minimo pretio ea vendit. 29 Ratam habens venditionem rei alienatæ iogibus prohibitæ, non intelligitur ratam habere ejusdem rei usuipam, seu non fuo digneve pretio venditionem. ut hinc colligas, Pretium quidem venditionis ratum haberi posse, licet eius qualitas rata non habeatur. prinde negotium unum, & idem nonunquam formia fua partim comprobari, partim non probari, qua nimirum forma non fuerit ferta. Hinc conflat quoque, Actum qui mei contemplatione nullius fit, ratum haberi & confirmari posse. adde *l. Julianus.* 13. §. 27. 29. *ff. de act. empt.* 30 Ratum habere contractum tutoris, & ex eo ejusve nomine experiri pupillus potest. 31 In electione minoris positum est ratam habere venditionem invalidam a tutore factam. 32 Minor fi venditionem tutoris invalidam confirmavit, potest pretium ille petere a quo tutor. 33 In his quæ jure communi sunt permissa, Principis scriptura fupervacua est: fuperveneo & fruftra petitur a Principe, quod jure facere concedit. *l. 1. §. nemo in fin. vers. ut superfluum. 7. de obsequiis. l. 30. ff. de reb. auct. jud. possid.* 34 Tutor qui gefiit, ejusque heredes prius conveniendi sunt, quam qui non gefferunt. vid. *l. de decod. tut.* 35 Qui non gefferunt fc. vid. *l. 1. §. 1. tutor vel cur. non gesser.* 36 Quemadmodum fit agendum adversus eos qui pariter tutelam administrant, meliorem explicatur in *l. 9. 10. 11. 12. & seq. ff. de tut. & rationib. distrahi.* 37 *Syn. Basil. 37. tit. 11. ex lib. 38. tit. 3. c. 30.* 38 *l. 2. §. 1.* 39 *l. 7. ff. de admin. & peric. tut. l. 23. ff. de reg. jur.* 40 *l. 21. §. de admin. tut. l. 4. ff. quando ex facto tut.* 41 Dummum, in amissi; in non quæritis, lucrum considerator: utrumque tutor pupilli præstat, quantum fc. minori absit quamnque lucrari potuit. *l. 13. ff. tut. rem. licite fe. non illicite. arg. auth. novissime. 5. de admin. tut. dict. 46. c. ficut non fuo 10. 42 d. l. 21. §. in fin. l. 16. 17. l. 18. ff. locati.* 43 Actio tutelæ non præscribitur, id est, tutelæ actio perpetuatur. *l. 1. in fin. §. quib. non objicitur. l. 3. in fin. ff. de temp. tut.* Hodie præscribitur annis triginta. *l. 3. in fin. §. de præscript. 30. vel 40. ann. l. 2. §. de confirmat.* 44 Διὰ μεταθέσεως & ἀποχῆς. *libri Basil.* apud Cujac. 17. *obs. 6. in fin.* Haloander legit *transactione, atque acceptilatione. Synopf. Basil. d. tit. 3. c. 30.* διὰ τῆς μεταθέσεως λύσις & ἀποχῆς. Liberandi modos interim ferva, transactionem, novationem & acceptilationem. 45 Minoribus competit in tutores actio ad rationes & reliqua. vid. *l. 22. in fin. ff. de cond. & demonst.* 46 Dixi ad *l. 3. §. promittentem indemnitatem* promisit. 47 Contra tutorem debet pupilles agere; non adversus eum qui 48 Tutor quod adquirit sibi non pupillo fusque ex industria non ex bonis pupilli adquisivile præsumitur. 49 Nec hodie nec semper rede pauper fisile præsumitur qui olim pauper fuit. vide Alciat. 2. *præsumpt. 27. n. 3.* Ideoque ines pauper bona divisit administret, non præsumitur eamex ejus bonis adquisivile, sed tinuerit. 21 In actionem tutelæ venit id quod interdi pupilli vel adulti non fuisse abstentum. adde *l. 1. l. 2. 3. ff. ut omissam.* 22 Argumentum rede dudi a curatoribus ad debita hinc colligit Bald. ut in *l. annuum. 20. ff. de judic.* 23 Transactionis causa quod quis consequitur a tutore vel curatore, ob inconsultam hereditatis paternæ abstentionem, non videtur consequutus nomine hereditario, ideoque convenit a creditoribus paternis non poterit. Baldus: *Quod sitius*, inquit, *quæris ex contractu, vel quasi, non curat facit heredem patris. Filius transiens de patre nec, non propterea fit emancipat.*

ministrationem habuerunt: non idoneum hujus continet indicium [1]. Nec enim pauperibus indultria [2], vel augmentum patrimonii quod [3] laboribus, & multis casibus quæritur, interdicendum est. S. 10. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De tempore post tutelam finitam.

11. Iidem AA. & CC. Chrusiano.

TUtor post puberem ætatem puellæ, si in administratione connexa [4] perseveraverit [5]: tutelæ actione totius temporis rationem præstare cogitur. Sin autem post [6] finitam administrationem in iisdem rebus minime se immiscuerit: temporis quod insequitur, periculum ad eum non pertinet. S. Kal. Decemb. *Anchialo*, CC. CONSS. 293.

De successoribus.

12. Iidem AA. & CC. Quintillæ.

TUtelæ actio tam heredibus [7] quam [etiam] contra [8] successores [9] competit. S. 10. Kalend. Decemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De confessione tutoris extra inventarium, & de inventario conficiendo.

13. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

VEteris juris dubitationem decidentes [10], sancimus; si quidem tutor, vel curator pro substantia pupilli vel adulti [11] aliquid ubicumque [12] dixerit ad majorem quantitatem eam reducens, sive pro utilitate pupilli, vel adulti, sive per suam simplicitatem, sive per aliam quamcunque causam: nihil veritati præjudicare, sed hoc obtinere quod ipsius rei inducit natura, & mensura pupillaris vel adulti ostendit substantiæ. † Sin [13] autem inventario publice facto res pupillares vel adulti inscripserit [14], & ipse per hujusmodi scripturam confessus fuerit ampliorem quantitatem [15] substantiæ: non esse aliud insiciendum, nisi hoc quod inscripserit, & secundum vires ejusdem scripturæ patrimonium pupilli, vel adulti exigi, neque [16] enim sic homo simplex (immo magis stultus) inveniturr, ut in publico inventario scribi contra se aliquid [17] patiatur. §. 1. Illo proculdubio observando, ut non audeat tutor, vel curator res pupillares, vel adulti aliter attingere, vel ullam sibi communionem ad eas vindicare, nisi [18] prius inventario publice facto, secundum morem solitum res ei tradantur: nisi testatores qui substantiam transmittunt, specialiter inventarium conscribi vetuerint [19]. Scituris tutoribus & curatoribus, quod si inventarium [20] facere [21] neglexerint: & quasi suspecti [22] [ab] officio removebuntur, & pœnis legitimis [23] quæ contra eos interminatæ sunt, subjacebunt: & postea perpetua macula infamiæ [24] notabuntur [25], neque ab Imperiali beneficio absolutione hujus notæ fruituri. Dat. Idib. Auguſt. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. LII.

DE DIVIDENDA [26] TUTELA, ET PRO QUA PARTE QUISQUE TUTORUM CONVENIATUR.

Si tutor qui tenebatur, tempore officii depositi est solvendo, collega non tenetur. Bald.

1. Imp. GORDIANUS A. Optato.

SI post finitum administrationis officium, collegæ tui indemnitati præstandæ idonei [27] fuerint, posteaque dum non conveniuntur, minus idonei effecti sunt, vitium alienæ [28] cessationis ad dispendium tuum pertinere, juris ratio non patitur. PP. 6. Id. Mart. GORD. A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

2. Impp. CARINUS & NUMERIANUS AA. Primigenio.

SI divisio administrationis inter tutores sive curatores in eodem loco, seu provincia constitutos facta necdum [29] fuerit, licentiam habet adolescens, & unum eorum eligere, & totum debitum exigere: cessione [30] videlicet ab eo adversus cæteros tutores seu curatores actionum ei competentium facienda. † In divisionem autem administratione deducta, sive [31] a Præside, sive testatoris voluntate: unumquemque pro sua administratione convenire potest: periculum invicem tutoribus [seu curatoribus] non [32] sustinentibus: nisi per dolum aut culpam suspectum non removerunt, vel tarde [33] suspicionis rationem [34] moverunt, cum alter eorum non solvendo effectus fit, vel suspicionis causam agendo sua sponte jura pupilli prodiderunt. Nec prodest eis dicentibus, [eum] contutorem suum non administrasse res pupillares. † Sin vero ipsi [35] inter se res administrationis diviserunt: non prohibetur adolescens unum ex his in solidum convenire, ita ut actiones quas adversus alios habet ad electum transferat. PP. emissa 12. Kal. April. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zotico.

LIcet tutorum conventione [36] mutuum periculum minime finiatur: tamen eum qui administravit, si solvendo sit, primo [37] loco, ejusque successores conveniendos esse non ambigitur. S. 4. Kal. Octob. CC. CONSS.

TIT. LIII.

DE IN [38] LITEM JURANDO.

Contra heredem tutoris ob dolum vel latam culpam instrumenta non restituentem, juratur in litem. Salic.

1. Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. Asclepiodoto.

ADversus heredes tutoris ad transferendam tutelam judicem accipiens, tempore litis instrumenta [39] ad puberem pertinentia restitui desiderabis. Quod si dolo non exhibeantur in litem [40] jurandi tibi facultas erit: modo si quondam pupillo debitam adfectionem ad vincula [41] quoque religionis extendere volueris. PP. Kal. Auguſt. ANTONINO II. & GETA II. CONSS. 206.

Nemo invitus jurat in litem: & contra heredem tutoris, etiam si sit heres heredis ob dolum vel latam culpam non restituentem juratur in litem. Salic.

2. Imp. ANTONINUS A. Severo.

IS, qui rationem tutelæ seu curæ reposcit, invitus [42] in litem jurare compelli non potest: sed volens ita demum audiendus est, si heres per [43] longam successionem tutoris instrumenta pupillaria dolo vel circumveniendi pupilli gratia exhibere non vult. Sin vero neque dolus [44], neque lata culpa, neque fraus heredis convincitur, omissa jurisjurandi facultate judex de veritate cognoscet: quæ etiam argumentis liquidis [45] investigari potest. PP. 11. Kal. Octob. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Pupillus vel adultus non potest liquidum debitum gratis remittere. Bald.

3. Idem A. Prisciano.

SUmma sententia comprehensa [46], quam cessantibus curatoribus quondam tuis judex secutus jurisjurandi a te prolati religionem, in condemnationem deduxit, minui [47] pacto non potuit. PP. Kalend. Jul. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

---

1 Non idoneum judicium. 2 Sensus est: Quemque præsumi sua potius industria, quam alienis bonis ditari. qua de præsumptione vid. Alciat. 2. *præsumpt.* 27. n. 5. adde quæ scripsi ad *l.* 6. §. *de don. int. vir. & ad d. l.* 7. 3 Facit *l.* 4. §. 1. *ff. de muner.* 4 Administrata post tutelam finitam priori bus connexa, veniunt in actionem tutelæ, *ut hic*: adde *l. unic.* §. *ut cause post pubertatem. l.* 17. *ff. de negot. l.* 5. §. 5. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 13. *ff. de tut. & rat. distrab. l.* 27. *ff. de appell.* 5 Tutor vel curator tenetur perseverare in connexis ante translationem, non post. 6 Vid. *l.* 6. §. *de peric. tut. l.* 7. *l.* 1. §. 17. *ff. de tut. & rat. l.* 2. §. *com. de success. ff.* 7 *l.* 1. §. 17. *ff. de tut. & rat. l.* 2. §. *com. de success. ff.* 8 *l.* 1. §. 16. *l.* 7. *ff. de tut. & rat. l.* 42. §. 1. *in fin.* §. *de episcopis*, *l.* 3. §. *de hered. tut.* 9 Κατὰ κληρονόμων contra heredes. *Syn. Basil. de tit.* 5. c. 36. & 7. c. Harm. *tit.* 6. *qu.* 47. 10 Hæc est 19. decisio ex quinquaginta novis Justinianeis, vid. apud Inglos. *Anf.* 11 Exemplum ponunt in curatore adulti sui facultates commendante, ut eo facilius ditiorem uxorem reperiret. 12 Confellio tutoris prudentis contra inventarium tamen) majorem quantitatem patrimonii pupilli non præjudicat veritati: non nocet denique ipsi confitenti. Quid si in inventario facta hujusmodi confessio fuerit? præjudicat tutori confitenti: adeo ut contrarium probare denuopo non possit. *verf. sin autem.* 13 Confellio rerum pupilli in inventario facta a tutore, adeo tutori præjudicat, ut non possit contraria probatione uti. 14 Quid si res proprias inventario pupilli tutor adscripsit? Salicetus existimat præsumptionem juris & de jure esse, res eas pupilli esse aut talem eas tutorem pupillo donasse, adeoque eum rerum, si in inventario adscripsit, rem sibi a parte pupilli legatam, videri legato renunciasse, quod Alciato omnimodo non placet: quem vide *part.* 2. *præsumpt. num.* 11. 15 Aliud erit, si tutore ignorante tale quid adscriptum fuerit. 16 Adde quæ scripsi ad *l. ult.* §. *ad SC. Velleian.* 17 Mobile præterim: id enim occultari facile potest. *l.* 22. *fin. de adm. tut.* Quid si immobile seu prædium aliquod inventario pupillari tutor adscripserit, quod pupilli non esse? Aretinus putat id pupilli non fieri: negat denique ea re veritati præjudicium fieri, *arg. l. cum talis.* 5. *fin. de jur. & fall. ignor.* quod rationi contrarium videtur Baldo. Quid si inventario quidam adscripti tutor, hic protestatione adjecta, ut si pupilli non sint, pro adscriptis non habeantur? Protestatio hæc tutorem non juvabit: nisi pupilli causa cognita judicis autoritate ejusmodi in inventario dispunctæ fuerint. Idem erit si dubius, aut cum ita se credere diceret, aliquid aliud inventario pupillari adjecerit. Nam cum illiusmodi confessio apud acta in ipso judicio fiat, idem præstat ac reddi *credendi* ventorum, quod jura ex præcisa enunciatio feu adfirmatio, ut *not. leg.* 2. §. *quod observari.* 2. *ff. de jurejur. propt. calum.* Quid si testibus res ita non tutorio pupillari adscriptas, suas ac proprias, aut alterius esse probare velit? Raynerius Forlivianus putat testibus non admitti adversus hoc genus confessionem, juris & legis cautione interpositum, non ipsorum contrahentium voluntate. Contra Richardus Salinienlis putat testibus locum esse. *arg. l. testium.* 18. §. *de testibus.* atque ita Arnoldus judicatum refert Baldus. facit *l. Papilius.* 4. *l. de usuris.* pone quod tutor 18 Tutor inventarium inventarium rerum pupillarium fecerit, nihil quod pupilli sit, attingere vel administrare potest. & breviter: tutoris administratio tutori decerni non potest, nisi inventario soleniter facto, eoque præcedente *verf. nisi. l.* 2. *l.* 22. *fapr. de admin. tut. l.* 7. §. *in fin.* §. *de curatore furiosi.* 19 Tellator potest tutori inventarii facienda necessitatem remittere. Idque procedit sive expresse prohibuit, sive tutori remisit. Verbalis etiam tantum differentia est, utrum quis dicat, *Veto fieri inventarium*; vel, *remitto confectionem inventarii.* Bart. *ad l.* 55. *ff. de legat.* 1. & ita communiter sentiunt interpretes. Glarus §. *Testamentum, quæst.* 66. *verf. quod ad tertium, verf. sed hoc quidem.* Quid? voluntate testatoris non obstante: posterius judex, si minori id expedire deprehenderit, tutorem ad inventarii confectionem cogere? Poterit. Bart. *d. loco*, eamque communem esse opinionem refert Covarruvias 2. *Variar. resolut.* 14. *num.* 4. & Clarus *d. loco in fin. ver. si tut.* ubi notat statuto Genuensium aliter receptum. Quid? ususfructuario potestne remitti a testatore onus inventarii conficiendi? dixi ad *l. r. supr. de usufructu.* Quid heredi potestne remitti? Posse ait Cujacius ad *Nov.* 1. *col.* 1. *in fin.* Clarus paulo aliter distinguit: in præjudicium videlicet creditorum non posse: In legatorum, fideicommissariorum & coheredum præjudicium, non posse, idque pro communi opinione adversus Baldum Clarus defendit, *d. loco versic. quod ad primum.* Quid? testatore potestne cuivis tutori inventarii conficiendi necessitatem remittere? Quivis potest: cum legitimo & dativo: nisi aliter causa cognita definierit judex. *arg. l. tutores.* 24. *supr. de admin. tut. l.* 1. *supr. ubi pupilli educar.* Quid si statuto necessitas inventarii faciendi tutori mandetur? vel hoc etiam casu testatorem tutori eam necessitatem posse remittere, censet Baldus. 20 Sive expresse prohibeat fieri inventarium, sive remittat inventarii necessitatem. 21 *l.* 7. *ff. de administr. & peric. tut.* 22 Quid si tutum quidem inventarium est, ignorantia tamen quasdam res tutor non adscripsit? Ii cum primum earum rerum notitiam tutor habuerit, eas adjecerit, non removebitur. *arg. l. cum ancillis* 3. *supr. de excusat.* 23 Pœna tutoris non conficientis inventarium, hæc est, ut removeatur tanquam suspectus, *ut hic*: & pœnis legitimis obnoxiat & infames *l.* 3. *d. l.* 1. *& l.* 2. §. *h. t. l.* 10. *ff. h. t. l.* 4. §. *ut extraordinem.* 24 Res ita habet: in tutorem semper. Id est, etiam ex levi culpa in litem jurari ob non exhibita instrumenta. In heredem tutoris ob non exhibita instrumenta nunquam jurari in litem, nisi dolo proprio, vel lata culpa, *l.* 1. *J. de hered. tut. l.* 4. §. 1. *ff. de fidejuss. tut.* instrumenta non exhibeat. Ex dolo defuncti non jurari, nisi iis confessata fuerit cum defuncto. An & ex levi culpa tutoris lite cum eodem contestata in heredem jurabitur? Salic. ait. 25 Effectus litis contestitæ. *l.* 1. *J. tit. prox.* 26 Utilis pupillaris hic fit, quas tutores pupillis suis præstant, si pecuniam pupillarem suos in usus converterunt. *l.* 1. *J. h. t. l.* 38. *ff. de negot.* si quam pecuniam pupillis suis debeant. *l.* 3. *J. h. t.* & eam a fe non exigunt vel solvunt. *l.* 4. *J. h. t.* si pecuniam pupillarem cum potiorem hominibus nomini credideruut, vel ex ea non emerunt prædia. *l.* 3. *J. h. t.* 27 *l.* 7. §. 4. *ff. de admin. & peric. tut.* 28 Centesimas. Accurf. *arg. l.* 38. *ff. de negot.* besses vel semisses. Hotom. *l. de usur.* 7. Cujac. *hic.* Accursii opinionem sequitur Molinæus *de usur. quæst.* 76. *num.* 588. hic enim agi putat de magnis usuris: nullas autem majores esse centesimis. verum autor Synopt. Basilicon 37. *tit.* 11. *ex tit.* 7. τοκισμὸς τόκος, hoc est, legitimas usuras hic interpretatur τοκισμοῦ semisses centesimæ, ubi in ora quoque hoc præterea observatur, semisses centesimas præstare eum, qui pecunia pupillari utatur, sed centesimas deberi obhedit. *l.* 38. *ff. de negot.* 29 *l.* 34. *ff. de usur.* 30 Pro more regionis. 31 Usuras in regione confuetas tutor debet, quoties conveniatur ex ea persona vel contutoris. *l.* 7. §. 14. *ff. de admin. & peric. tut.* 32 Ἐνέχεσθαι ἑτεροῦσιν, id est, locupletibus. *l. ult. ff. rem pupilli.* vide Cujac. *S. observ.* 30. & ita legendum apud autorem Synopt. Basil. *tit.* 17. *tit.* 11. *ex lib.* 38. *tit.* 17. *cap.* 3. ubi perperam legitur ἔτεροις pro ἑτεροῦσι, quod & ibidem in ora notatum est. 33 Alii legunt *nominibus*, utrumque rectum est, *Idoneis nominibus* & *Idoneis hominibus.* 34 *l.* 42. §. 7. *S. de episcopis.* 35 Pecuniæ otiosæ sunt quas vel idoneis hominibus credere, vel in emptionem prædiorum convertere tutor non potuit, earum pecuniarum usuras non debet. vid. Paul 2. *sent.* 14. §. *ult. l.* 12. *in fin. ff. de admin. & peric. tut.* 36 *l. un.* §. *ut nemo tenetur, eger. adde l.* 2. *J. de in ius. jur.* Ad hanc legem vide Mont. *de tutel. cap.* 37. *num.* 82. & Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 103. 163. 164. Anf. 37 Testes ad averam rei memoriam recipi & interrogari petere is potest, qui rationes reddere paratus, modum & in ea re fingientem habet adversarium. 38 Duobus modis curiis pupillarium usurarum impeditur, oblatione pecuniæ oblignatæ, & depositione. *l.* 1. *in fin. ff. de usur.* 2. §. 8. 1. *ff. de admin. & peric. tut.* & oblatione quidem per denunciationem facta fieri, & ad extremum apud acta jus dicentis protestatione facta pari debitorem, sed & no dicente se paratum esse parem rationem facere cum pupillo fine denunciatione & depositione. 39 Molinæus *de usur. d. quæst.* 5. *n.* 205. 206. id intelligit de adulto tallum denunciationum capace: capace, inquam, ex more regionis, cujus imbecillitatem suppleudam esse exiitimat propinquorum præsentia. 40 Agendi tempus adversario conftituit a tutore recte poltulatus. vide *l. desumare.* 5. *J. de ingenuis.*

41 *Lib.* 27. *D.* 7. 42 *l.* 7. *ff. h. t.* hodie fublata est electio, cum principalis sit conveniendus. *Novell.* 4. *c.* 1. 43 Cum tutore & cum fidejussore non potest pupillus in fublum agere. 44 Libello uno & eodem rens ejusque fidejussor convenirí nou potest. 45 Nisi protesteris te una folutione contentum esse. *arg. l.* 1. §. *quia autem.* 4. *ff. quod legat.* Quid fi fidejussor renunciavit beneficio novæ constitutionis: agi adversus eum potest. *Bald.*

Contra tutorem etiam propter levem culpam juratur in litem: contra vero tutoris heredem propter dolum & latam culpam tantum. Salic.

4. Imp. GORD. A. Mutiano.

ALio [1] jure est tutor, alio heres ejus: Tutor [2] enim inventarium, cæteraque instrumenta [3] si non proferat, in litem jusjurandum adversus se potest admittere: at [4] enim heres ejus ita demum, si reperta in hereditate dolo malo non exhibeat. Sed cum adversus ipsum tutorem litem [5] contestatam esse dicatis: transferentibus vobis in heredes ejus actionem præses provinciæ partes suas exhibebit: non ignorans, nisi exhibeantur instrumenta, quatenus juxta formam constitutionum partes suas debeat moderari. PP. 7. Kalend. Octobr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Propter dolum defuncti non juratur contra heredes. Bald.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Artemidoro.

LIcet [6] adversus heredes ob non factum inventarium jusjurandum [7] in actione tutelæ prætermitti placuerit, judicem tamen [datum] velut ex dolo tutoris aliis indiciis instructum, adversus eos ferre sententiam convenit. S. 8. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 293.

TIT. LIV.

DE [8] HEREDIBUS [9] TUTORUM VEL CURATORUM.

Heredes tutoris non tenentur ex levi culpa tutoris. Bald.

1. Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. Fisciano [10].

HEredes tutorum ob negligentiam quæ non [11] latæ culpæ comparari possit, condemnari non oportet, si non contra tutorem lis inchoata est, neque ex damno pupilli lucrum captatum, aut gratia præstitum sit. PP. 6. Id. Mart. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De non gesto a tutore tenetur ejus heres. Salic.

2. Imp. ANTON. A. Valentino & Materno.

PAter vester tutor vel curator datus si se non excusavit, non ideo vos minus heredes ejus tutelæ vel utili [12] judicio conveniri potestis, quod eum tutelam seu curam non administrasse dicitis: nam & cessationis [13] ratio reddenda est. Prius tamen propter actum suum eos conveniendos esse, qui administraverunt, sæpe rescriptum est. PP. 11. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Heredes tutoris tenentur de eo, quod defunctus a se vel ab alio non exigit. Salic.

3. Idem A. Vitæ.

ADversus [14] heredes quondam tutoris tui tutelæ actione consiste. In judicium autem veniet etiam id, quod tibi tutor ex [15] causa fidejussionis debuit. PP. 4. Non. Jul. ANTON. A. IV. & BALB. CONSS. 214.

Heredes tenentur ad eos perventa restituere, & de neglectis a defuncto rationem reddere. Salic.

4. Imp. Alexand. A. Frontino.

HEredes eorum, qui tutelam vel curam administraverunt, si quid ad [16] eos ex re pupilli vel adulti pervenerit, restituere cogunter. In eo etiam, quod tutor vel curator administrare debuit [17], nec administravit, rationem reddere eos debere, non est ambigendum. PP. 8. Kalend. Novemb. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

TIT. LV.

SI TUTOR VEL CURATOR NON [18] GESSERIT.

Qui non admittitur ad accusandum, potest esse promotor inquisitionis, & potest implorare officium in tucum deficientis accusatoris. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Zotico.

CEtum [19] est non solum eos qui gesserunt, sed [etiam] qui [20] gerere debuerunt, tutelæ teneri etiam in ea quæ a contutoribus servari non potuerunt: si modo cum [eos] suspectos facere deberent, id officium omiserunt. Tu [21] autem etsi contra patronum [22] tuum famosam actionem instituere non potuisti: providere [23] tamen ne quid tutelæ deesset, necessariis postulationibus apud eum, cujus de ea re jurisdictio fuit, potuisti. PP. 2. Id. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Contutor pro gestis a contutore idoneo non tenetur in subsidium, pro negletis ab utroque pariter tenetur cum illis. Salic.

2. Idem A. Justo.

QUi se non immiscuerunt tutelæ vel curæ ex persona eorum qui gesserunt, & idonei sunt, non [24] onerantur. Si qua vero sunt, quæ cum geri debuerint, omissa sunt, latæ culpæ ratio [omnes] æqualiter tenet. PP. 8. Kal. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

TIT. LVI.

DE USURIS [25] PUPILLARIBUS [26].

Si tutor pecuniam pupilli in usus suos convertit, ad usuras tenetur. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Crescentino.

TUtorem vel curatorem pecuniæ, quam [27] in usus suos convertit, legitimas [28] usuras præstare debere, olim placuit. PP. Non. Jun. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Tutor tenetur ad usuras etiam ejus quod a contutore debetur, vel pro contutore debet. Salic.

2. Imp. ALEXAND. A. Ampliato.

EJus quod ex causa [29] tutelæ debetur usuras [30] præstari oportere dubium non est: quamvis aliis pro participe [31] muneris necessitas solutionis irrogetur: quia non id alias contingit, quam si cessatio contutoris in suspecto faciendo imputari possit. PP. 13. Kalend. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Si tutori non potest culpa imputari, ad usuras non tenetur. Salic.

3. Idem A. Vitalio.

SI pecuniam pupilli [illegible] neque idoneis [32] hominibus [33] credere, neque [34] in em[illegible] possessionum convertere potuisti: non ignorabit judex usu[illegible] te exigi non oportere. PP. Id. April. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Ditatio & Aurelio.

PUpillus agere vobiscum actione tutelæ compelli non [36] potest. Verum adversus futuram [37] calumniam, ut & si quid ei debetis, cursus inhibeatur usurarum, denuntiationibus [38] frequenter interpositis, ad judicium eum [39] provocare [40]: ac si rem dissimulatione proferat actis apud præfidem provinciæ factis voluntatis vestræ rationem declarare: quo facto, tam vobis ipsis, quam fecuritati filiorum vestrorum consuletis. † Quod & in curatoribus locum habet. PP. 3. Kal. Septemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

TIT. LVII.

DE FIDEJUSSORIBUS [41] TUTORUM VEL CURATORUM.

Cum tutore & cum fidejussore non potest pupillus in solidum agere. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Felici.

ELigere [42] debes utrum cum ipsis tutoribus vel curatoribus, seu heredibus eorum, an cum his qui pro ipsis fe obligaverunt, agere debeas: vel (si ita malis) [dividere] actionem. Nam in [43] solidum & [44] cum reo & cum fidejussoribus agi jure non [45] potest. PP. 10. Kalend. Februar. JUL. II. & CRISPINO CONSS. 225.